



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De flammeo gladio ante paradisum posito. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



insinuari videtur, quod nunquam moreretur, si postea de illo ligno sumplisset.

*Quomodo intelligendum sit illud Ne sumat de ligno vite, & comedat, & viuat in aeternum.* D

Sed quia per peccatum iam mortuum corp<sup>9</sup> habebat, illa verba ex tali intellectu accipi possunt: Deus modo irati loquens, de homine superbo ait, Videte ne forte mittat manum suam, & c. i. caute vos angeli ne comedat de ligno vitæ, quo indign<sup>9</sup> est: de quo, si perstitisset, comederet, & viueret in æternum: sed modo propter inobedientiam indignus est comedere. Et sicut verbo dixit, ita opere exhibuit. Emisit enim De<sup>9</sup> de paradysio voluptatis in locum sibi congruum: sicut plerunq<sup>3</sup> malus cum inter bonos viuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum cōgregatione pellitur, pondere prauę consuetudinis pressus.

*De flammeo gladio ante paradysum posito.* E

Ne vero ad illud posset accedere, collocauit De<sup>9</sup> ante paradysum Cherubin, & flammeum gladiū atq<sup>3</sup> versatilem, ad custodiendam viam ligni vitę. Quod iuxta literam pōt hoc modo accipi, quia p<sup>9</sup> ministeriū angelorū ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enim per cęlestes potestates in paradysio visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium ibi esset quedā ignea custodia: non tamen frustra, sed quia aliquid significat de paradysio spiritali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientię: hæc est charitas, quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autem flammeus pænæ temporales sunt, quę versatiles sunt, quia tēpora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiam ligni vitę ideo posita sunt ante paradysum, quia ad vitā non reditur nisi per Cherubin, scilicet, plenitudinē scientię, id est, charitatē, & per gladiū versatilem: id est, tolerantiam passionum temporalium.

E e 2 An

*Au ad finē  
ca. 40. li. 12.  
de genesi  
ad literam.*